Le comparative

35 Seneca riflette su un pensiero di Epicuro

Si esce dalla vita come vi è si entrati, migliori o infine peggiori? Seneca propende per quest'ultima tesi e ne attribuisce la colpa all'uomo, assolvendo la natura.

Iam imprimebam epistulae signum: resolvenda est, ut cum sollemni ad te munusculo veniat et aliquam magnificam vocem ferat secum; et occurrit mihi ecce nescio utrum verior an eloquentior. «Cuius?», inquis. Epicuri; adhuc enim alienas sarcinas adfero: «Nemo non ita exit e vita tamquam modo intraverit». Quemcumque vis occupa, adulescentem, senem, medium: invenies aeque timidum mortis, aeque inscium vitae. Nemo quicquam habet facti; in futurum enim nostra distulimus. Nihil me magis in ista voce delectat quam quod exprobratur senibus infantia. «Nemo», inquit, «aliter quam quomodo natus est exit e vita». Falsum est: peiores morimur quam nascimur. Nostrum istud, non naturae vitium est. Illa nobiscum queri debet et dicere, «Quid hoc est? Sine cupiditatibus vos genui, sine timoribus, sine superstitione, sine perfidia ceterisque pestibus: quales intrastis exite».

(Seneca, *Epistulae ad Lucilium*)

PER IL RIPASSO

1. Spiega il funzionamento delle proposizioni comparative evidenziate.
2. Indica se ciascuna delle comparative evidenziate nel testo è di maggioranza, di uguaglianza o di minoranza.
3. Come si suddividono le proposizioni comparative?
4. Fai un esempio di proposizione comparativa ipotetica.

GrecoLatino. Versionario bilingue ©
Zanichelli 2019

La riproduzione di questa pagina tramite fotocopia è autorizzata ai soli fini dell'utilizzo nell'attività didattica degli alunni delle classi che hanno adottato il testo